



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Origo communis omnium disiectiōnum, n. 24.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

esse debent atque perspecti, nihil ut lateat in doctrina nocuum, aut quoad fieri potest in moribus indecorum. Quæ omnia summopere iuvant ad hæc muniaquæ in Missione requiruntur minori cum damno proprio, maximoque cum aliorum fructu peragenda. Neque est cur quis inuidet Domino Missis quod nimis multos habeat operarios quos mittat in vineam suam. Non ita faciunt homines Societatis qui ab anno alterius seculi octogesimo circuierunt mare & aridam ut facerent Proselytos, & ex Seminariis optimè per eos opportunitissimeque constitutis emitterent cultores quam maxime idoneos. Societas igitur ad Missiones utiliter peragendas quam potest studiosè se comparat, neque sumit sibi honorem nisi ad quem à legitimo superiore vocatur, neque in eo quod ad Archipresbyteri nominationem spectat aliud præstabilit quæcum quod cuique præstandum est, ut scilicet clarè sincereque, tanquam coram Deo, mentem aperiret cum rogaretur.

X X I V . Hæc sunt quæ ad querimoniam aduersus Societatem in causa Archipresbyteri propulsandæ spectare visa sunt, omissis calumnijs varijs quæ vel verbo vel libris scriptis ab animis plus æquo commotis prodicunt, quas contemnendo potius quam refutando diluere satius est, cum prudens quisque facilè videre possit quæcum nullo fundamento effutiantur, nulla firma rādice consistant. Cum vero in ipsis his principiis Missionis, quando vix quinque vno tempore tota Insula Societatis homines reperiabantur, numerabantur vero Sacerdotes reliqui supra trecentos, tanta in nos conflata sit inuidia, ut saluis nobis ipsi salui esse non posse viderentur, nemini alienum ab humana fragilitate videri debet, si nobis auctis propagatisque per vniuersitatem Angliam, eadem quandoque irrepant inuidiæ species, & Societatis splendorem virtute & doctrina longe lateque diffusum suis luminibus officere arbitrentur ex ijs quidam, qui honores, dignitates, quæstum, aut temporale aliquod commodum cum Sanctissima animarum salute persequenda quærere non ducunt ab suo Instituto disiunctum. Ut enim sunt hæc quæ vulgus in honore & in bonis ponit certis circumscripta regionibus atque limitibus, atque eo arctiora quo in plures distribuenda; nisi quis mentem firmiter oculosque teneat in Dei diuitias abundantiamque defixos, facile est ut timore meumque corripiatur ne id quod pluribus suppeditatur, alicui desit. Angustæ sunt enim plerumque spes humanae, & quæ assenti cogitatione non possumus in nunquam euenturis collocamus. Habet tamen diuina Magnificentia Thelauros ab conditos quos in non quærentes affluenter effundat, & quibus eorum etiam desiderio qui quærent (si ratione & modo quærent) satisfaciat. Nostræ certè Societati deesse nunquam poterit aut splendor aut res, quotiescunque suæ ac proximorum saluti intenta, hanc vnam cæteris neglegit pro viuis Deigloria perlequetur. Sed ut vii tutibus potius quam viijs recentendis le-

*Origo com-  
munis om-  
nium dissi-  
tionum.*

V V esto-  
nus à vīs  
bi censi  
ad Londi-  
nensem  
Arcem a-  
curā- motus.

XXV. Hunc quoniam intemperantes homines consilijs suis in alijs Sa- ad Londi-  
cerdotibus vna captiuis corruptendis aduersari potissimum autumabant  
V